BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh.
Seite 76v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

meritisq; crescentib; paulatim ad altiora & interiora
diuinae uisionis arcana penetrare. Sed & omnes qui feruen
tia pietate corda proximorum uidentes imitari festinant,
quasi receptacula ignium fiunt. qui a flamma caelestis
sacrificii quam in fratres misericorditer conspiciunt. In suisque
accendere mentib; satagunt, Quae nimirum cuncta & cae
uasa fiunt, cum deuotio fidelium perseuerantes diuinis
curat obsecundare praeceptis. Uel certe cum hoc quod
ipsa recte agit proximisque agendum clara uoce sedu
le exhortationis insonat. aeternamque nunquam ut
sepius dictum est. propter diuturnitatem suae incorrupti
bilitatis perseuerantia mentis fidelium propter claritate
soni uocem solet designare doctor. Tx ii

Graticulam quoque in modum retis aeneam. pcuius iiii or
angulos erunt iiii or anuli aenei, quos pones subter arulam
altaris. Erit namque graticula usque ad altaris medium,
Altare quidem totum cauum fieri praeceptum est: ut in sequen
tibus manifestius edocetur. Sed in medio sui habens
graticulam pro totum in medium retis distinctam. In qua
uictimarum carnes conburendae inponeuentur.
Et subter eam arulam. In qua conpositis lignis arderet
ignis semper ad deuorandas suppositas holocausta paratus.
Erat enim contra arulam ostium in pariete altaris ori
entali. unde uel ligna ad alendum ignem inmitti.

mo